



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 61. Detecta Prædicantium perfidia ac rebellio in Hungaria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

erat in Comite Emerico Töckelio; hic <sup>Sæc. XVII.</sup> enim post Patris sui obitum amissis A. C. 1672. Köswariensi, & Likawana arcibus, omnibusque pretiosis, ab Heistero Cæsar's Archistratego unacum aliis complicibus jam antea aufugere compul-sus erat.

§. LXI.

*Detecta Prædicantium perfidia ac  
rebellio in Hungaria.*

Dudum in Hungaria Cæsareis suspecta erat Calvinistarum ac Lutherano-  
rum Prædicantium fides; ex ipsa enim infelicium Comitum Nadastii & Serini confessione, necnon ex plurium aliorum relatione constabat, quod hi Præcones a stiva ferme & aratro ad animorum directionem evocati, suoque ministerio abusi, turbulentis suis concionibus rudem plebem ad patriæ libertatis, sectæque suæ defensionem passim accenderint, & Procerum rebellionem clam foverint: id tamen adhuc non nisi paucorum fanatico suæ Religionis Zelo tribuebatur, ac insuper tum exactiorem rei inquisitionem gravioris tumultus timor suspendebat: hoc tandem anno luculentis proditum inditiis, quod Prædicantes Hungari non infima totius rebellionis caufa, ac fomentum exstiterint:

Rr 2

*Labsancit  
Synopsis  
judic. Pos.*

Sæc. XVII. rint: Erat enim quidam Nobilis, nō  
A. C. 1672. mine Stephanus Wittnyedius infelici  
Nadastio a secretis, Vir vafro & per-  
verso ingenio, & Protestantum per-  
caciissimus. Hic meditatæ rebellioris  
conscius, sæpius tam Superiorem, quam  
inferiorem Hungariam pervagatus, ubi-  
que Prædicantes hortabatur, ut ple-  
bem suis sermonibus ad seditionem pu-  
blicam concitarent: Tam frequens,  
tamque operosum per Rēgnum iter Ca-  
tholicis multam suspicandi ansam pre-  
buit; latuere tamen ejus consilia, quam-  
diu vita superstes fuit; eo autem sub-  
lato, quemdam Nicolai Bethleni famo-  
lum, ac cujusdam Prædicantis filium e  
Transylvania Posonium reversum, de  
arcans consiliis, quæ Wittnyedius  
cum Prædicantibus foivisset, notitiam  
habuisse compertuī erat: Hic ergo ad  
Regium consilium delatus, fatebatur,  
quod suus Herus literas ab ipso Wit-  
nyedio arcans characteribus scriptas  
adhucdum asservaret, eas quoque paci-  
mille Imperialium pretio se allatum  
policebatur: Numeratis igitur eidem  
interim nonnisi centum Imperialibus,  
hic idem in Transylvaniam profectus,  
ad Bethlenii servitium rediit, binas  
que Wittnyedii literas arte an furto  
sublatas ad Regium Confilium detulit

§. LXII

